



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 52. Romæ contra Lutherum agi cæptum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

stant, obsecret, ut id muneris modeste, saecul. XVI. A. C. 1520.
 absque injuriis, ac tumultu exerceant; additque, se permolestè ferre, quod hæc
 disputandi regulæ ignorarentur, pluresque Theologi nonnisi verborum asperita-
 tibus dimicent, suasque opiniones haud tolerando fastu atque arrogantia tuean-
 tur, ac denique populum ejusmodi erro-
 ribus inficiant, quibus ad inobedientiam
 & Ecclesiasticæ auctoritatis contemptum
 pertrahuntur. Alia adhuc existat Lutheri
 epistola sub idem ferme tempus ad E-
 piscopum Merseburgensem data, unacum
 Præsulis responso, in quo de tumultu per
 Lutheri librum de communione sub u-
 traque specie inter fideles suscitato que-
 ritur.

§. LII.

*Romæ contra Lutherum agi
 ceptum.*

Interea cum Romæ in reprimendis Lu-
 theri progressibus longior mora traheretur, non pauci hanc cunctationem in
 re tanti momenti incusabant; quare Au-
 gustiniani, FF. Prædicatores, aliique da-
 tis ad Papam literis significabant, quod
 etiamsi in rebus levioris momenti cun-
 ctatio profanæ prudentiæ defectus sit,
 in materia fidei minima mutatio tolera-
 ri nequeat, ac harum turbarum progres-
 sibus

*Sleid. l. c. l. 2.**p. 50.**Pallavicin.**hist. Conc.**Trid. l. 1. c. 20**Cochl. l. c.*

Sæcul. XVI sibus ea, quæ in civili societate adhiberi
A.C. 1520. solet, promptitudine sese non opponere
 certe crimen esset: Ariana hæresis, in-
 quiebant ipsi, in suo exordio nonnisi scin-
 tilla fuit, quæ cum facile utpote extra
 Alexandriae urbem nondum progressa,
 extingui potuisset, neglecta tamen totum
 Christianum orbem incendio suo in-
 volvit, nec minori furore a Joanne Hus-
 so, & Hieronymo Pragenſi Ecclesia fuis-
 set proscissa, si ea, qua cæperant, au-
 dacia prosequi permitti fuissent; proin-
 Constantiensis Concilii severitas nullo un-
 quam encomio satis laudari poterit.
 Hæc illi præscribebant; ast jam antea
 Eckius, & Joannes Ulricus eo fine Ro-
 manam petebant, ut errores passim in Ger-
 mania sparſos damnari urgerent. Ho-
 rum primus tractatum de auctoritate D.
 Petri elucubrabat, illumque Leoni X. por-
 rigebat, qui hæc donum perbenigne ac-
 ceptabat, imo etiam Eckio significabat,
 quod hic liber Cardinalibus acceptissimus,
 ad instruendam censuram plurimum de-
 serviret, ejus vero iter ad Romanam ur-
 bem eo potissimum nomine perutile fo-
 ret, eo quod ex ceteris Theologis nemini
 vera Lutheri mens magis perspecta esset,
 cum ipse solus toties cum eo in arenam
 descendisset.